

Karl David Wippermann

Caroli Davidis Wippermann I. V. D. Et P. P. O. Ad Hvnc Actvm Decani Programma De Qvaestione: An Advocatvs Labores In Cavsa Sva Adhibitos Ad Expensas Adivdicatas Possit Referre? Qvo Ad Pvblice Svbevnda Examina Clarissimi Candidati Christoph. Lvdovici Kleinschmid Vizenhvsa-Hassi In Loco Consistorii D 25. Maii 1748 ... Invitat

Rintellii: Typis Enaxianis, [1748]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002321530>

Druck Freier  Zugang





V. K. — 2(1.)

- 1) Schoepfer diff: de falsa ratione decidendi.
- 2) - determinationibus juris.
- 3) - verbis honoris.
- 4, Wippermann progr: an advocatus labores in causa sua adhibitos ad
expensas adjudicatas referre possit.
- 5, Ziegler diff: de mokatra contractu.
- 6) - donatione inter vivos.
- 7, Reinhard progr: de hieejussionibus clericorum.
- 8, Rivinus diff: de clerico cambiante.
- 9, Senkenberg diff: de testamenti publici origine et sollemnitatibus
extrinsecis.
- 10, Schöpfer diff: de declaratione honoris.
- 11, Schroeter diff: de relaxatione juramentorum.
- 12, Schwarz diff: de ritibus quibusdam formulisque a manumissione
ad S. baptismum translatis.
- 13, Stuin diff: de protestatione secreta.
- 14, Strucius diff: de appellationibus a statibus imperii evangelicis ad
imperatorem in causis ecclesiasticis.
- 15, Struo diff: de admodiatione, germanice non Kargastau.
- 16, Stryer diff: de rejectione ab actis.
- 17, jure septidui.
- 18, natura matrimonii.
- 19, impugnatione facti proprii.
- 20, casibus in foro contravensis.
- 21, Thomasius diff: de jure circa somnum et somnia.
- 22, Werenberg diff: pactum remissorium majoris partis chirographa-
riorum in concursu creditorum non esse juris romani.
- 23, Wenher diff: de usuris per modum interesse ultra alterum tan-
tum non exigendis.
- 24, Wichmannstrauen diff: de perjurio judiciali.

25, Wildvogel Diff. de jure thalami.

26, termino circumducto.

27, progr. de praeparata Principis subtilitate ad h. b. c. de adv.
divers. judic.

28, Diff. de Deo commissis.

CAROLI DAVIDIS WIPPERMANN

I. V. D. ET P. P. O.

AD HVNC ACTVM DECANI

PROGRAMMA

DE

QVAESTIONE:

AN ADVOCATVS LA-
BORES IN CAVSA SVA AD-
HIBITOS AD EXPENSAS ADIV-
DICATAS POSSIT REFERRE?

QVO

AD PVBLICE SVBEVNDI EXAMINA

CLARISSIMI CANDIDATI

CHRISTOPH. LVDOVICI KLEINSCHMID

VIZENHVSA - HASSI


IN LOCO CONSISTORII

D 25. MAII 1748. HORIS CONSVETIS

AVDIENDA

DECENTER, HVMANISSIME ET OFFICIOSE

INVITAT.



RINTELII, TYPIS ENAXIANIS, A. T.



ictori victus expen-

fas litis seu victoriae (non termini, contumaciae, retardati processus, hae enim illi, qui causam dedit, incumbunt, siue sit victor siue victus) vt restituere teneatur, communis est regula, quae tamen admittit exceptionem pariter notam; nisi scilicet habuerit probabilem litigandi causam. Hanc autem probabilitatem adducere potest, qui triumphantem sententiam in eadem causa iam accepit. Praesumptio enim pro iudice militat, quod iustam pronuntiauerit sententiam. Parti saltem temeritas imputari non potest, cum talem causam defenderit, quam iudex iustam putauit.

) (2

Ate-

A temeritate etiam excusat dissensus DDrum, sed talis, qui communis dicitur, in quo scilicet multi DD. pro et contra disputant. Huius vel illius Doctoris autem dissensus non est attendendus, sed hoc non obstante, victus in expensas est condemnandus, nec non ille, qui emendicatum et iniustum responsum siue DDrum priuatorum, siue facultatum Iuridicarum per modum consilii vel informationis accepit. Hoc enim neque partem a refusione expensarum neque iudicem male pronuntiantem ab actione iniuriarum liberat, nisi cum iure et facto in actis proposito conueniat. Dictis non obstat *l. 79. ff. de iudic.* cum ibi de praefide et iudice sermo sit, et distinguatur inter consilium de iure et de facto, itaque ad mores nostros non quadret neque de responsis nostris loquatur?

Quibusdam in locis etiam illi a refusione expensarum liberantur, qui cognatis litem, licet iniustam, mouerunt, vel cognatorum iustae petitioni resistunt, sed hoc rationi non est conueniens et cognati duplici poena affiendi, quod cognatis non pepercerint. Si autem Aduocatus vel alius, ipse in causa sua postulauerit, et sententiam triumphantem cum adiudicatione expensarum acceperit, haec etiam in rem iudicatam prolapsa sit, quaeritur:

An labores in causa sua adhibitos ad expensas adiudicatas possit referre?

Re-

Responsio DDrum variat. Quidam negant. Quidam distinguunt. Quidam simpliciter affirmant. Videamus quaenam opinio optimis nitatur rationibus. Qui 1.) negant, vtuntur argumento grammatico. Expensae enim significant; *eine Ausgabe*, harum autem pro laboribus suis nullas fecit. Nemo enim sibi ipse aliquid dare potest et nemo est simul debitor et creditor. Inde etiam, quod labores suos impendit, nullum damnum sensit positium, quia nihil ex rebus suis amisit.

Huic sententiae proxime accedunt, qui 2.) distinguunt, hi opinionem suam fundant in aequitate, quod et lucrum cessans sit damnum, licet priuatum, ideoque concludunt, Aduocatum, si in propria causa operas praestiterit et obtinuerit cum expensis, ab aduersario eo nomine salarium exigere posse, si probare possit, quod eo ipso aliarum causarum patrocinium suscipere impeditus fuerit. *LVDOVICI doctr. ff. de postulando §. 13.* illam autem probationem admodum difficilem esse, ipse confitetur, sicque eius affirmatiua sententia re vera est negatiua. Idem enim est, ius non habere et illud probare non posse. 3.) Responsio simpliciter affirmatiua, quod absque hac restrictione, vtrum Aduocatus aliarum causarum patrocinium suscipere impeditus fuerit, an non, honorarium laborum suorum semper possit computare inter expensas adiudicatas, siue quis damnum positium siue priuatum passus sit victor, nobis placet. Sufficit enim, quod tales expensae impendi debu-
erint,

erint, si alium in postulando adhibuisset. Et nihil interest, vtrum huic honorarium praestitum, an gratis ex fauore vel amicitia labores praebuerit. Victus etiam inde, quod Aduocatus labores ipse adhibuerit lucrum quaereret, cum tamen expensae in poenam temere litigantium adiudicentur, cui effugere non debet. Expendere etiam significat, *büssen*. Ita dicitur; tergo expendere mendacia, *die Lügen mit dem Rücken büßen*.

Sic quoque Facultas nostra 1743. mens. Nov. affirmatiuam hanc est amplexa in causa von B. contra Doctorem T. attamen arrham non adiudicauimus, quia haec datur ad audiendum casum et pro informatione partis. Ast Aduocatus, qui ipse in causa sua postulat, sibi ipse non enarrat casum, quem antea iam sciuit, neque se ipsum informat.

Haec sunt, quae praemittere voluimus, ad rem ipsam nos conferimus!

CLARISSIMVS CANDIDATVS

CHRISTOPH. LVDOVICVS
KLEINSCHMID,
VIZENHVSA - HASSVS,

Qui vitae suae curriculum nobiscum communicatum ita conscripsit:


Ego,


Ego, CHRISTOPHORVS LVDOVICVS
KLEINSCHMID VICENHVSA - HASSVS, natus sum
1723. d. 19. April. ex matrimonio a IOHANNE
HENRICO KLEINSCHMID rei Veredariae Ma-
gistro cum CATHARINA ELISABETHA
RÜCKEYSEN inito. Horum parentum curae de-
beo, quod me educauerint, meque erudiri cu-
rauerint. Primum enim Scholam Vizenhusanam,
deinde Rotenbergensem, postea praecepta Viri
plurimum Reuerendi IOHANNIS IAC. SCHV-
CHARDI, Pastoris Sattenhusani, ad haec paed-
gogium, quod Cassellis floret, frequentauit. Prae-
ceptoribus studiorum humaniorum relictis Cassellis
Viros WEZELIVM et VELLNAGEL cognoui
praeceptores logices. Iussu Parentis secutus Je-
nam anno 1742. profectus sum, et Logicam, Me-
taphysicam, Ius Naturae, Philosophiam moralem,
politicam, mathesin puram et adplicatam me do-
cuerunt Viri celeberrimi DARIES, SCHIER-
SCHMID et FVCHS. In iure Ciuili vsus sum Prae-
ceptoribus celeberrimis DITMAR, DARIES, EN-
GAV, HARTMANN et STENGER. Hinc a. 1745.
Marburgum petii, et illustres celeberrimosque Vi-
ros HOMBERG et ESTOR, audiui docentes ius
Ciuille, ius Canonicum, ius Feudale et ius Publi-
cum. Morbo afflictus domum reuersus, ibique Dei
gratia restitutus voluntati Paternae satisfaciens,
1747. iterum me contuli Ienam, et collegia exa-
minatoria et practica frequentauit. Tandem 1748.
Ienam cum Academia, quae Rintelii floret, commu-
tanti, ibique d. 20. Maii in Academiae Album relatus,
atque

atque priuilegiis Studioſorum honoratus, Ampliſſimum Iuriſconſultorum Ordinem adiui, deſidera-
uique, vt admitterer ad examina iuſſu REGIS
ſubeunda, ſpero etiam fore, vt petito meo defe-
ratur et teſtimonium mihi benigne exhibeatur.


Decenter petiturus Licentiam poſtulandi,
quam adipiſci non poteſt, niſi producat teſtimoni-
um Facultatis, quod dignus ſit, vt admittatur ad
cauſas in iudicio defendendas, ad nos peruenit, ſe-
que ſubmiſit examini noſtro. Itaque ad hoc per-
agendum terminus praefixus eſt in d. 25. Maii.
Litterarum Fautores, Amici, Ciuesque noſtri,
vt frequenter compareant, humaniſſime
inuitantur.











the scale towards document

⌘ (o) ⌘

identia restitutum , nummus eiusdem argen-
 , in quo Mercurius representatur cum sero-
 nodio , dextra crumenam , sinistra Caduceum
 inscriptione PROVIDENTIA AUG. Ex num-
 deo nummum in Augusti consecrationem cu-
 uersa pars cum effigie Augusti habet DIVVS N. III.
 PATER , auersa aram , ad cuius latera S. C.
 IDENT. Harduinus* quidem , qui huncce
 enset , putat Augusti prouidentiam innui,
 m reliquerit Tiberium. Verum , dum hic
 Augusti consecrationem fuerit cusus , potius
 Deorum intelligi putarem , dum alius num-
 consecrationem cusus occurrat , cum epigra-
 AVGVSTO , cuius altera pars aram cum igni
 inscriptione CONSECRATIO , exhibet.
 mus æneus quem possideo Maximini , ** in N. IV.
 rte occurrit Dea , sinistra tenens Cornu Copiæ,
 , qua globum ante pedes iacentem indicat,
 PROVIDENTIA AVG. Similis figura atque in-
 it in nummo Pupieni , *** atque Gordiano-
 tris & filii , nisi quod in hoc Dea cum Cornu
 æ innitatur. In nummo argenteo Treboniani
 stant Dea cum hasta & globo , inscript.
 AVGG. Hoc ipso autem non tam prou-
 ionaria , quam potius prouidentia Augu-
 ndo imperio indicatur. Licet nonnunquam
 ant cum inscriptione Prouidentia Deorum ,
 indicant , Imperium horum Prouidentia
 Talis est nummus Antonini Pii , *** in
 lemus cum alis expressum ; vt designetur ,
) (3 Deo-

704. ** Eundem æque recenset Harduinus *Histor. Aug.*
 Harduinus p. 825. *** Vaillant *de numm. aur. atque arg.*
 Apud Oiselim Tab. LX, n. 11.